



Occasionalia W-179.  
potissimum carmina  
vol. I. fasc. 19. ~~179.~~

Centuria annulariorum singulorum.

Urg. W-179.

44

**VIRO  
NOBILISSIMO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO QVE  
DOMINO  
DN. CHRISTOPH  
FRIDERICO  
AYRMANNO**

HVC DVM

AMPLISSIMI SAPIENTVM ORDINIS

IN ILLVSTRI SAXONVM AD ALBIM ACADEMIA

ADSESSORI MERITISSIMO

NVNC VERO VOCATO

**PROFESSORI HISTORIARVM**

**ET PHILOSOPHIAE**

**PUBLICO ORDINARIO**

IN CELEBERRIMA GISENSIVM ACADEMIA

LONGE DIGNISSIMO

A. R. S. cl. locc. xxi. d. vii. kl. FEBRVARIAS

**Nouas honorum dignitatumque  
acceptiones**

GRATVLATVR

ET

ABITVM FELICEM EX ANIMO ADPRECATVR

FACVLTATIS PHILOSOPHICAE IN ACADEMIA

VITEMBERGENSI ADSESSORVM

**ORDO**

*VITEMBERGAE, Literis GERDESIANIS.*





# ОНИАМЫА

HUC DAI  
INSTITUTI  
PROFESSIONIS  
MAGISTRI

Gloria virtutis, doctrinae splendor, et omne  
Largitur natis quicquid Apollo suis,  
Contemtu, tetroque iacet squalore se-  
pultum,

Nec meritum nomen, quo memoretur, habet.  
Hoc seculi genius nunc fert. Dominantur auenae.

Frugiferae segetis copia nulla uiret.  
Turget ut immisso forti uento pila, perque  
Oras aethereas exagitata uolat.  
Haud aliter multis uentosa scientia pectus  
Inflat, et effectis ludit imaginibus.

Scire uolunt pauci, sed sumum uendere multi,  
Nil mercatura hac dulcius esse potest.  
Sic petit infirmis nimium sublimia pennis  
Icaria haec audax uanaque progenies.  
Quod doctrina nequit, satis efficit aureus hamus,  
Fercula sic rapiunt his minus apta gulis.  
Impius Ixion nubem prensavit; at isti  
Iunonem capiunt, effugiuntque rotam.  
Artes nec curant doctas, non munera Phoebo,  
Accensis aris, intemerata ferunt.  
Turpiter in formam sic tandem desinit atram,  
Quae fuerat quondam uisa uenusta satis.  
Felix, qui studuit tristem hanc uitare Charybdim,  
Et seruare Tvos, DOCTE PATRONE, gradus.  
Nam studio summo didicisse fideliter artes,  
TE iuuat, et cunctis excoluisse modis.  
Lipsia TE primum, post haec Viteberga poliuit,  
Et bene promerito cinxit honore caput.  
Antiquum quicquid Latium, quid Graecia docta,  
Protulit, hoc nosti TV, uelut indigena,  
Pegasaque TVVM conspersit nectare pectus,  
Adscripsitque choro Delius ipse suo.  
Naturam rerum penetrasti mente sagaci,  
Difficiles nodos soluere rite potes.  
Atque imis animi penitus conclusa medullis,  
Historiis unquam quae celebrantur, habes.

Ipsa Themis Iuris TIBI sacra oracula pandit,  
Sacraque Scripturae dogmata cuncta tenes.  
Fallimur? an doctum TEmet Polyhistora claris  
Insignem studiis concelebrare licet?  
Exertis ulnis TVA TE nunc Giesla fouebit,  
Percipiens fructus diuitiasque TVAS.  
Vitis ut arboribus decori est, ut uitibus uuae,  
Praeclaris Hassis TV decus omne TVIS.  
Nostraque dum linquis nunc dulcia rura, uouemus:  
Prouida cura DEI molle ministret iter!  
Perpetuum flore, felicibus utere fatis,  
Hassica terra TVVM nomen ad astra uehat.  
At GIESSAM nobis foecundo foedere iunge,  
Atque memor nostrum semper, AMICE, VALE!



ULB Halle  
004 527 771

3



P

TA → 06

nur 11, 27, 28 verknüpft

VO 18  
VIDT





44

**VIRO**  
**NOBILISSIMO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE**  
**DOMINO**  
**DN. CHRISTOPH**  
**FRIDERICO**  
**AYRMANNO**  
 HVC DVM  
*AMPLISSIMI SAPIENTVM*  
 IN ILLVSTRI SAXONVM AD AL  
 ADSESSORI MERITIS  
 NVNC VERO VOCAT  
**PROFESSORI HIST**  
**ET PHILOSOP**  
*PVBBLICO ORD*  
 IN CELEBERRIMA GISENSIV  
 LONGE DIGNISSIM  
 A. R. S. cIc lcccxxI. D. VII. KL. F.  
**Nouas honorum dign**  
**acceſſiones**  
*GRATVLATVR*  
*ET*  
 ABITVM FELICEM EX ANIMO A  
**FACVLTATIS PHILOSOPHICAE**  
 VITEMBERGENSI ADSES  
**ORDO**  


---

*VITEMBERGAE, Literis GERDE*

